



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Trudo Conf. 2. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Et jam ad trecenta milliaria fana Deorum evertebantur, undisq̄ue sanctis quingenti quotidie tangebantur; cum denique Procos. Aufidius Pontificem anchoræ illigatum in mare præcipitavit. Emicuit tamen ingens animus, & ad portum cæli enatavit. Ad preces deinde Christianorum mare cessit ad tria milliaria, structumq̄ue in imo à Cælitibus Martyri templum tumulumq̄ue è mare ostendit, iterato quotannis deinceps hoc miraculo: quod auxit puer quandoque à parentibus per errorem illic relictus, annumq̄ue totum incolumis servatus. Frustra igitur tyrannus mergere laudes CLEMENTIS mari voluit. Anchoram suam Martyr cælo fixit. *Ex Metaphr.*

Ecce beatus Clemens homo erat similis nobis, & carni suæ eodem vinculo naturalis affectionis inherens; si ergo ille calicem salutaris accepit, quid nos retribuimus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? eadem certè insignivit imagine, eodẽ sanguine nos redemit. S. Bern. serm. de S. Clem.

S. TRUDO CONF. 23. Novembris.

IN Hasbaniensi agro spinas inter, hoc est, divitias patrias, educatus flosculus TRUDO suffocari tamen minimè potuit. quin caput supra nubes puer tulit, eoq̄ue altiùs, quò profundius in se descendit. Itaque servulis suis inservire dominum TRUDONEM vidisses. Quam virtutem ut tegeret, vilissimos corpori vestiendo pannos injecit. Porro omnia etiam quæ per ludum egit, egit seriò. Quare cum tumultuario opere & congestis temerè saxi facellum extruxisset, futuri operis sui hoc typum & votum voluit esse, quod reapse postea in propectâ ætate persolvit. Placuisse & operam

3. Nov. ever-
otidie
Pon-
tavit.
n cali
mare
à Cæ-
mar-
s hoc
centi-
otum
mer-
oram

carni
s; si
imus
certè
ern.

ivi-
cari
bes
de-
um
ret,
or-
riò.
te-
fui
pfe
&
qm

11. Nov. VITÆ SANCTORVM. 573
operam & artificem puerum, cælum ostendit,
cum mulieri improbæ ædificium ludicrū distur-
banti oculos eripuit: quos tamen, ubi primū fa-
stinus animo vidit & agnovit, reddidit TRUDO.
Egenis tam favebat, ut suas cum illis vestes com-
munes haberet, & ut illos indueret, se his exue-
ret. Talis Angelo bono adhortante patriam fu-
git, & cælesti disciplinā amplius erudiendus con-
cessit ad Tungrensem Episcopum Remaclum.
Profectum cælestes in vitā radii, à morte odor &
prodigia alia complura prodiderunt. ex quibus
illud memorabile in primis est, quòd cognatum,
qui contra vota cælo facta in thalamum sponsam
induxit, virgā castigavit per somnum, claudumq;
reddidit adulterum Amorem patri suo deinceps
Vulcano in hoc similem. *Ex Surio.*

*Beatus qui puris cordis oculis Deum semper intue-
tur, qui que bonis ac honestis colloquiis delectatur, & à
pravis ac turpibus, qua bonos mores corrumpunt, abhor-
ret; quoniam minimè fiet diaboli mancipium. S. Ephrē
de Vita spirit.*

S. FIRMINA V. & M. 24. Novembris.

Iterum ecce terra astris nubit: iterum dos san-
guis virgo, & arrha cælum est: iterum Cælites
sunt paranymphe. Nomen si nosse sponsæ cupis,
FIRMINA est, Calphurnii Urbi Præfecti filia, &
digna tam magnā fortunā; quæ ut amoribus tam
castis liberiùs vacaret, deseruit Urbem, & Ame-
riam habitavit. Sed ubique castitas insidias in-
curris; una tibi tota vita lucta est. Invidet Christo
sponsam suam homo Olympius, cui Ameriæ præ-
fectura tunc erat demandata. ad cœnā & nuptias
invitat, reventē thalamo includit adulter procus.
Quid